SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal San Gemini Preservation Studies
e l'Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

Ser Darius Muricottus unus ex cōsiliarijs ibi existentibus ascendens cathedram ubi consulitur sic super primo divina ope invocata salubriter cōsulendo dixit quod si comunitas in presentia nō potest trader aliquam summam pecunie in eleemosinam dicte societati corporis Christi, trader et donar debeat duas sarcinas frumenti,

Idem consultor dicta sua perquedo super 2° sic dixit et cōsuluit quod mag.ci D. P. habeat autem eligendi duos probos Viros ad videndum à quibus aque fluentes versus molendinum publicum occupentur et impediantur indebite, et stetur relationi faciende per dictos Viros, et si reperietur dictas aquas ab aliquo indebite occupatas et impeditas ec, tunc per mag.cum D. S. T. et Dnos P. aliquis ordo fiat cū pena, que ipsis videbitur, ne dicte aque possint impediri,

Cuius sententia admissa et obtenta ē viva omnium senatorum voce et nemine dissentiente, cum additione sententie ser Joanis Zuccarinj super eadem re, quę apparet infra,

Ser Joannes Zucc.mus alter cōsultor servatis servandis super 2° cōfirmavit sententiam ser Darij primi cōsulentis, et eligit ad videndum dictas aquas fluentes ad molendinum infrascriptos Viros infrascriptos Vz

Dnum Andream Capitonum

Leandrum Jacobatium,

Pasquinus Angelus Jdis petri alter ex cōsiliarijs super primo dixit quod dicte societati corporis Christi à cōitate donetur tres sarcine frumenti pro eleemosina

Victum hoc fuit et obtentum una omnium voce, nemine discrepante,

Et sic dimissus fuit senatus,

Archivio Storico
Comune di San Gemini (TR)
Reg. C. 39, c. 99 r.

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di Stroncone,TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di Stroncone, TR